

De Accidia

XVI

quiescere seruus ex quo laborauit dominus. Laborauit autem dominus Iesus Christus
 primo in natiuitate. cum ad durum presepium positus fuit et vilius pan-
 niculis inuolutus. Vnde dicit per prophetam. In laboribus a iuuentute mea
 Scdo laborauit corde per anxietatem et tristitiam et passionem quam habu-
 it super peccatores. Mat. viij. Misertor super turbam Tercio laborauit ore
 per predicandem. Ps. Laborauit clamans rauce facte sunt fauces mee. Sed
 heu pauci audiunt christum cum tunc terra audiuit clamorem suum cum tremuit
 tempe passionis et petre que scisse sunt. Sed heu miseri peccatores eum
 in suis predicandibus audire nolunt ut quertant et saluent. Quarto la-
 borauit suis pedibus. quia circuibat per castella annuncians regnum dei non enim
 inuit in equo vel in curru sed nudis pedibus. Job. iij. Fatigatus Iesus ex-
 itinere sedit super purpureum. Quinto laborauit oculis scilicet lacrimas effunde-
 do. Vnde Job. xviij. Facies mea incumuit a fletu. Sexto laborauit toto
 corpore et omnibus membris sudorem sanguineum sudando. flagellis eum cedens
 do. crucem portando. et in ea expansus toto corpore moriendo. Ergo meri-
 to exemplo ipsius laborare debemus et non ociari. Job. iij. Exemplum enim
 dedi vobis. Tercium remedium est consideratio libertatis quia per laborem que-
 hic patimur liberamur a laboribus et a penis eternis. de quibus dicit Psal-
 Laborabunt in eternum et viuent adhuc in finem. Vnde Grego. Dum labo-
 re transitorio atterimur. a perpetuo labore liberamur. Sed peccator non
 potest euadere quin aut eternaliter opteat eum puniri. aut hic ad tempus la-
 borare et per peccata satisfacere per tribulationes et alia bona exercitia. Vnde
 si quis consideret diligenter fortes et eternas penas inferni. leues repu-
 tabit labores et periculas huius mundi. Vnde Grego. super illud Mat. viij.
 Eijciens in tenebras exteriores. dicit in inferno erit frigus intolerabi-
 le. ignis inextinguibilis. vermis immortalis. fetor intolerabilis. tene-
 bre palpabiles. flagella cedentium horrida. visio demonum. confusio peccatorum
 desperatio omnium hominum. Erit enim miseris mors sine morte. defectus si-
 ne defectu. Quia ibi mors semper incipit. et deficere nescit. Ex quo sequi-
 tur quod merito debemus hic vniuersaliter operari ut ab illis eternis malis
 liberemur. R. Quartum remedium est consideratio temporis in quo sumus con-
 stituri quod est tempus gratie quia nos sumus in die et antiqui fuerunt in nocte.
 Vnde Apосто. Non precessit dies autem appropinquauit. quod magis reprehensi-
 biles sunt qui tempore gratie quam qui ante in veteri testamento ociosi fuerunt.
 Et hoc propter preciositatem temporis in quo sumus. Vnde Bern. Nihil preciosius
 tempore. Et ergo ut possimus digne rationem reddere de nostro tempore debemus
 illud utiliter expendere. Vnde Grego. Sicut capillus capitis non peribit
 sic nec momentum temporis quin de eo optet nos reddere rationem quod illud expen-
 derimus. hoc semper esset memorandum omni die et omni hora. sicut legitur de
 quodam bono homine. quod quicumque audiuit horalogium signare tunc semper dixit
 O deus iterum vnam horam temporis gratie expendi de quo tibi redditur sum
 rationem quod in illa vixi. Vnde etiam Anselm. in medita. O lignum aridum et